vnico filio vidue. Luce. vij. et Lazaro. Jo. xj. ergo non ſolum
incorruptibilia. ſed etiam corruptibilia. ab ipſo ſunt. Et in
Mar. x. legitur. Ab inicio creature maſculũ et feminã fecit
eos dominus. Item Luce. xj. dicit phariſeis. q intus eſt ve-
ſtrum plena eſt rapina et iniquitate. ſtulti nonne qui fec̃ qđ
deforis eſt. etiã illud qđ deintus eſt fecit. ergo ab eodẽ prin
cipio eſt anima et corpus. Luce. iij. vbi texitur genealogia
chriſti dicitur. qui fuit ſeth. qui fuit Adam. ergo fuit filius
dei. fuit ergo a deo. et non a dyabolo. Item Johãnis. i. dici
tur de deo. Omnia per ipſum fcã ſunt. ergo viſibilia et invi
ſibilia. Et poſt. Mundus per ipſum factus eſt. Et iterum
In propria venit. et ſui eum non receperunt. non erãt ſui per
graciã. cum eſſet mali. ergo ſui erant creatione. Item mutat
aquã in vinũ corruptibile. Jo. ij. ergo et corruptibilia ſũt ab
ipſo. Ro. xi. O altitudo diviciarũ ſapiencie et ſciencie dei rc̃
Et paulo poſt ſubditur. Ex ipſo et per ipſum et in ipſo ſunt
omnia. i. Corin. x. Dñi eſt terra et plenitudo eius. et eiuſdẽ
xi. Omña ex deo ſũt. et Eph. ij. Ipſi9 factura ſum9 rc̃. eiuſ=
dem. iij. In deo qui omnia creavit. Colo. i. In ipſo condita
ſunt vniverſa. que ſunt in celo et in terra. viſibilia et invisibi
lia. i. Thymo. iiij. In noviſſimis temporibus diſcedent qui
dam a fide rc̃. et ſubditur. prohibentium nubere: abſtinere a ci
bis quos deus creavit. ad percipiendum cum grãrum actio=
ne fidelibus. Ad hebreos. i. Inicio tu domine terram funda
ſti et opera manuum tuarum ſunt celi. Et in eodem. quẽ cõ=
ſtituit heredẽ vniverſorum. et act. iiij. Domine tu feciſti celũ
et terrã. eiuſdẽ. xvij. Deus qui fecit mundũ et omña que in
eo ſunt. hec celi et terre cũ ſit deus. et canonica iude. ſolum
dominatorẽ et dominũ noſtrum iheſũ xp̃m negãtes Et apo.
x. Juravit per viventem in ſecula ſeculorum qui creavit
celum et terram. et omnia que in eo ſunt. mare et omña que
in eo ſunt. Et petrus in libro de elementis. tocius mundi
machinam cum vna eſſet domus. in duas regiones diviſit
deus. vt ſuperior regio angelis. inferior vero hominibus.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-389/0130
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG